



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvatris, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

202. Sabbato. Beata Virgo refugium labentium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

358 *Fer. 6. Domin. 4. post Pentecost.*
stantijs fiat, an statui conveniat, an sui desi-
derio distractionem, anxietatem, & immo-
deratos affectus causet, an ad aliquod ex-
tremum, à virtutis medio abducat, an sit
supra vires, an non à spiritu transfigurante
le in Angelum lucis procedat, an dubia sit,
& consilio egeat. Faciam reflexionem ad
meipsum, quomodo me in his habuerim.

MEDITATIO CCII.

Sabbato Domin. 4. post Pentecost.

B. Virgo refugium labentium.

Aspiciam B. Matrem omni labe etiam ve-
niali carentem, sicut radios Solis sine
atomis. Petam reconciliationem per ipsam.

*Conf. 1. Quomodo uniuscuiusque opus ma-
nifestum erit: Dies enim Domini declarabit,
quia in igne revelabitur, & uniuscuiusque opus
quale sit, ignis probabit. Cuius opus arserit, de-
trimentum patietur, ita S. Paulus epist. 1. ad
Cor. cap. 3.*

*Conf. 2. Quomodo specialiter igne absu-
mentur ligna, foenum, stipula, quæ præce-
dentibus Meditationibus expendi, & quo-
rum reum esse me agnosco, & quibus reme-
dijs ad eadem, eorumq; causas extirpandas
me uti velle decrevi, esse verò septem cau-
sas peccatorum venialium. 1. Respectus hu-
manus. 2. Neglectus examinis utriusque.*
Medita

Sabbato Dom. 4. post Pentecost. 359.

Meditationis, & petitionis auxilij divini. 4.
Contemptus rerum, quæ non sunt manife-
stè peccatum, 5. Libertas sensuum, 6. Otium.
7. Tepor.

Conf. 3. Quam sim insufficiens, ut hac de
re proposita executione mandem, & aurum,
argentum, lapides pretiosos, hoc est, bona
opera superædificem, aurum charitatis, ar-
gentum sapientiæ, & contemplationis, la-
pides pretiosos virtutum omnis generis, quæ
in B. Virgine, quàm maximè reluxerunt, &
prorsus oppositæ actiones septem causis la-
psuum venialium fuerunt. Ab hac depre-
cabor veniam, imitandi gratiam, perseve-
rantiam.

MEDITATIO CCIII.

Dominica 5. post Pentecosten.

De extinctione vitiorum.

Avdiam Dominum suis eductis ex Ægypto
præcipientē, ut gentes multas (Deut. 7.)
percutiant, easque usque ad internecionem
deleant, vitia nempe omnia. *Nisi abundave-
rit iustitia vestra plusquam Scribarum & Pha-
risæorum, non intrabitis in Regnum caelorum.*
Math. 5. Petam intelligere naturam vitio-
rum, ut ea extinguam.

Conf. 1. Vitium esse ægritudinem animæ
virtutis sanitatem eliminans, vel deformita-
tem

tem